

Dispvtationes Theologicae

Quatuor Tomis distinctæ: Qvibus Vniversa Theologia Scholastica Clare,
Breviter & accuratè explicatur

De Deo, Et De Angelis

Martinon, Jean

Burdegalae, 1644

Dispvtatio XXVIII. De personis diuinis in particulari, & primo de persona
Patris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73898](#)

p̄ principia extrinseca rei : ideoque non posse euidenter ostendere nostro intellectui connexionem prædicti cum subiecto in se. Hæc enim est notitia intrinseca rei, quæ per extrinseca prius non potest haberi.

Respondeo non posse quidem evidenter ostendere illam connexionem immediate in seipsa ; sed evidenter illam ostendere per aliquod illius indicium euidentis & infallibile. Ad notitiam autem evidenter connexionis prædicti cum subiecto, sufficit illam haberi per aliquid medium euidenter & infallibiliter cum illa connexum , quamvis medium illud sit extrinsecum. Nam ex Aristotele 1. Posset. & ex consensu omnium Philosophorum, demonstratio à posteriori, causæ per effectum, est vera demonstratio, parique scientiam, id est, notitiam euidentem conclusionis; quamvis effectus sit medium extrinsecum respectu causæ. Neque obest, quod aliqui dicunt, differentiam esse, quia illi effectus sunt naturaliter connexionis causæ: secus autem veritas & relatione divina cum rebus reuelatis. Nam euidentia conclusionis non fundatur in eo quod effectus sit naturaliter connexionis causæ, id est, naturaliter ab illa oriatur: sed in eo quod tanta est connexionio inter præmissas & conclusionem, ut evidenter impossibile sit præmissas esse veras, & conclusionem esse falsam. Vnde fit, ut habita notitia euidenti præmissarum & bona relationis, habeatur euidentia notitia veritatis conclusionis. Qui non minor est connexionis veritatis præmissarum cum veritate conclusionis in discursu illo : Quicquid Deus reuelavit, verum est &c. quām in isto: Omne admiratiuum est rationale. Sed omnis homo est admiratiuus. Ergo rationalis. Et quidem Deo liberum reuelare, vel non reuelare. Sed tamen posita reuelatione, non minor est connexionis relationis diuinæ cum veritate rei reuelatae: quām sit vñius effectus naturalis cum sua causa. Id est, non minus est impossibile non esse verum id quod Deus reuelavit, posita reuelatione: quām talem effectum non esse à tali causa. Quare reuelatio est indicium &que infallibile veritatis rei reuelatae; & que effectus vñius est indicium & istetia sua causæ.

Obijcies secundò cum Cuniga disp. 7. dub.

2. Omnis notitia quidditativa & propria Dei, attingit illum sicuti est, & prout distinguitur à creatura. Deus autem eo distinguatur à creature, quod sit ens necessarium, creature vero, contingens. Ergo attingit illum ut ens necessarium, id est, ut necessariò existentem: adeoque ut actu existentem. Ac proinde nulla Dei notitia quidditativa potest esse abstractiva, sed omnis est intuitiva. Confirmatur, quia existentia est de quidditate, & essentia Dei. Ergo notitia Dei quidditativa attingit illius existentiam. Ergo versatur circa Deum ut existentem. Ergo est intuitiva.

Respondeo, ad cognitionem Dei intuitivam non sufficere illum cognosci. Ut enim est in se, conceptu genitivo & quidditativo, vel ut ens necessarium, id est, necessariò existens actu: sed oportere ut notitia illa terminetur immediatè ad Deum ut per se præsentem, coramque obuersantem intellectui, ac sua reali & actuali præsentia fistentem eius aspectum: simili modo, quo obiecta visibilitate, ut per se præsentia coramque obuersatione, fiant visionem ocularem immediatè terminatam ad ipsa ut actu existentia, & secundum suam actualem existentiam immediatè percepta. At hoc non habere notitia Dei, vel mysterij Trinitatis, cogniti tantum mediata in visione alicuius Beati, aut in specie impressa, vel habita per recordationem ex visione & anfeunte, propter speciem ex tali visione relictam, quæ saltem supernaturaliter posset relinqui in mente videntis, & in vñus postea reduci ad recordandum obiecti anteä visi: sicut nos hyeme recordamur rosarum, veris tempore perceptarum intuitiu & experimentaliter.

Ad confirmationem, dico similiter notitiam quidditativam, de qua loquimur, attingere quidem Dei existentiam: sed non attingere experimentaliter, ut in seipsa immediatè perceptam, ad eum modum, quo visus corporeus attingit visibilia. Ex visione autem corporea sumptum est non notitia intuitiva intellectualis: de qua similiter ut de corpore philosophandum est, quoq; modum tendendi in obiectum.

22.

Potest dari
cognitio
Dei quid-
ditativa,
qua non se
intuitiva,

NO
narr.

23.

DISPUTATIO

VIGESIMA OCTAVA

De personis diuini in particulari. Et
primo de persona Patris.

Sectio I. Vtrum paternitas sit prima proprietas Patris, & runde illi conueniat?

Tomus I.

AAA

Sectio II. An esse ingenitum sit altera proprietas Patris?

Sectio III. An Pater sit principium & fons totius Deitatis, & num etiam causa & initium illius dici possit?

DE persona Patris in particulari disputat S. Thom. t. 2. q. 33. Et art. 1. docet Patr. i. competere esse Principium: quia Principium significat id à quo aliquid procedit. Filius autem procedit à Patre. 2. Nomen Patris esse prius primæ personæ: quia per illud distinguitur ab omnibus aliis. 3. Cùm nomen Patris dicatur de Deo, & essentia-
liter, respectu creaturarum: & personaliter, seu notionaliter, res-
pectu Verbi, seu Filii Diuini: per prius dicitur paternitas in di-
uisis secundum quod importatur respectus personæ ad personam:
quàm secundum quod importatur respectus Dei ad creaturam. Quia
per prius dicitur nomen de illo in quo saluatur ratio nominis per-
fectè: quàm de illo, in quo saluatur secundum quid. De hoc enim
dicitur quasi per similitudinem ad id, in quo perfectè saluatur. At
qui perfecta ratio paternitatis & filiationis inuenitur in Deo Patre
& Deo Filio: quia Patris & Filii una est natura & gloria. Sed in
creatura filatio inuenitur respectu Dei, non secundum perfectam
rationem, cùm non sit una natura Creatoris & creature: sed secun-
dum aliquam similitudinem tantum, quæ quartò perfectior fuerit,
tāntò propinquius acceditur ad veram filiationis rationem. Quadru-
pliciter enim dicitur Deus alicuius creature Pater. Vel primò pro-
pter similitudinem vestigii sanctum, ut irrationalium creaturarum: se-
cundum illud Iob 38. *Quis est planus pater, aut quis genuit filias roris?* Vel
secundò, propter similitudinem imaginis: ut creature rationalis,
iuxta illud Deuter. 32. *Nonne est ipse Pater tuus, qui possebit, & fecit, &*
creavit te? Item Gen. 1. vers. 26. *Faciamus hominem ad imaginem, &*
similitudinem nostram. Vel tertio, secundum similitudinem gratiae, ut lu-
tarum, qui etiam dicuntur Filii adoptiui, secundum quod ordinantur
ad hæreditatem æternæ gloriae, per munus gratiae acceptum: secun-
dum illud Rom. 8. *Ipse Spiritus reddit testimonium spiritui nostro, quod sumus*
Fili Dei. Si autem Fili, & heredes. Vel denique secundum simili-
tudinem gloriae, prout iam gloria hæreditatem possident &c. Beato-
ram, secundum illud Rom. 5. *Gloriamur in spe filiorum Dei.* Addit 4.
nomen ingenitum esse proprium Patris, in quantum illius proprium est
non est ab alio, & esse principium sine principio. Ac sicut Pater
habet paternitatem, & communis spiratione per respectum ad per-
sonas ab eo procedentes: Sic in quantum est principium non de
principio, innoscere per hoc quod non est ab alio. Quod perti-
net ad rationem innascibilitatis, significat hoc nomine, *ingenitus.*
Huc usque D. Thomas: cuius doctrina tribus sequentibus sectioni-
bus fusius explicabitur.

Disp. XXVIII. de Trinit. Sect. I.

SECTIO I.

Vtrum paternitas sit prima proprietas Patris;
et unde illa conueniat?

Deus tri-
pliciter di-
citur Pa-
ter.

Nomen Patris Deo applicatum sumitur tripliciter. Primo, generaliter pro creatore & principio creaturatum. Quod nonen tribus personis est commune, non minus quam potentia creandi & eius exercitium, ratione cuius Deus est Pater, creator, & Dominus unius formarum. Secundo, specialius pro Deo ut iustificatore & adoptante sibi creaturas intellectuales in filios. Et hoc etiam nomine est tribus personis commune, quæcumque voluntas & potentia iustificandi & adoptandi. Quanquam enim appropriatae tribui sole iustificatio & adoptio Spiritui sancto: quia sit per amorem; Spiritus autem sanctus est amor specialiter ex vi sua processionis: physicè tamen Dei ipsius communis tribus personis est causa gratiae iustificantis, eadem nos sua voluntate adoptat in filios & haeredes bonorum quibus fruatur.

Tertio, specialissime sumitur notio taliter pro principio generatio Filii seu Verbi divini, consubstantialis & eiusdem naturæ realiter cum hoc principio. Quo sensu hic sumitur nomen Patris, & prima persona proprium est. Quod si queras, an nomen Patris sit uniuocum ad tria supra dicta? Respondeo negatiuè. Propriè enim nomen, Pater, significat principium generativum, idq; omnes intelligunt per vocem, Pater, absolu- tè prolatam, id est, sine addito ex quo intelligatur aliter sumi. Fuitque primò vox eadem imposita ad significandum principium verè ac propriè generativum: sicut & nomen Filij, ad significandum verè ac propriè spiritum, id est, productum à principio viuente coniuncto in similitudinem naturæ. Quare vox, Pater, dicitur propriè de prima persona prout est generativa secundæ. Impropriè vero & analogicè de Deo, vel de tribus personis, prout sùt principiū creationis & adoptionis.

Hoc supposito, Dico primum paternitatem esse primam proprietatem primæ personæ diuinæ. Probatur, quia est prior aliis duabus, quæ eidem persona conuenient: nempe innascibilitate, & spiratione actiua. Nam innascibilitas fundatur in paternitate, vt negatio in positivo, ratione cuius vere negatur persona illam nasci seu produci posse. Quod illi conuenit non tantum secundum essentialiam, quæ est improductibilis (nam duas alias personæ sunt quæcumque improductibiles secundum essentialiam, quæ vt ait Lateran. cap. Damnamus, nec generare, nec procedere posse) sed etiam secundum positivum proprietatem constitutivam Patris inesse proprio substantiali personali, distincto realiter ab aliis personis diuinis. Spiratio quoque actiua est ratione posterior secunditate gene-

ratiua. Nam hæc fundatur in actuali intelligentia essentiali, à qua logicè seu viraliter oritur, vt mox dicemus: illa vero fundatur in actu essentiali voluntatis. Voluntas autem est posterior intelligentia, ordine rationis.

Dico secundò paternitatem seu secunditatem generativam, atque ipsam & etiam generationem (nam hæc duo significantur nomine paternitatis adæquate sumpto) conuenire Patri proximè & immediate, ratione actualis intelligentiæ essentialis: sive ratione essentia prout est actualis intelligentia tum ipsius essentia diuinæ, & possibilium, tum ipsius summum personatum diuinorum, etiam ut existentium. Hæc conclusio patet ex dictis disp. 24. sec. 4. Ratio præcipua illius est, quia filius producitur ex via intellectus, accipitque naturam diuinam primò & immediate, quatenus ipsa est essentialis intelligentia: unde specialiter vocatur Verbum, id est, fœtus & partus intellectus. Ergo pater diuinus est secundus ad generandum primò & immediate per essentiam prout est actualis intelligentia. Dicit enim principium respondere principiato. Nein, cùm secunditatem ad intra debeant esse secundum actus vitales immanentes, atque illos imitari: prima secunditas ad intra debet fundari in prima operatione vitali essentiali, quæ est intellectus. Cumque ex communi sensu sanctorum Patrum, & Theologorum secunda secunditas, quæ est spirativa, fundetur in voluntate, aut volitione essentiali: ideoque Spiritus sanctus naturam primò accipiat secundum rationem volitionis, & illi, vt tali, primò identificetur. Eademque de causa, vocetur specialiter amor & charitas: par est ratio ut prima secunditas, quæ est generativa, fundetur primò & immediatè in actuali intelligentiæ essentiali.

Obiicies primo. Si secunditas generativa fundatur primò & immediate in actuali intelligentiæ essentiali, debet est ubi cunque est illa actualis intelligentia. Et id debet esse in Filio, & in Spiritu sancto. Respondeo negando sequelam. Quia non potest esse in illis personis, quibuscum habeat relata oppositionem. Habet autem illam cura Filio, & cum Spiritu sancto, aquia Pater, quæ Pater, est ad producendum Filium sibi imminentia natura, & secunditate. Communi candi eandem naturam Spiritui sancto.

Obiicies secundò cum Suarez lib. 8. cap. i. Secunda obiectio. 6. Paternitas est prima personalitas naturæ diuinæ. Personalitas autem naturæ non sequitur ex operatione intellectus aut voluntatis: sed potius supponitur ad operationem, quia actiones sunt suppositorum, vel alitem substantientium.

Respondeo, minorem non esse veram in Deo, in quo ipsam operationem intellectus & voluntatis, est essentialis, & consequenter ratione prior personalitatis. Actiones autem intelligentiæ & volédi sunt suppositi denominatiæ tantum, ratione essentia cuius propria-

Conuenit
illi nomine
illat ratione
celligen-
tia.

Solutur
prima ob-
iectio

Secunda
obiectio

556 Disp. XXVIII. de Trinit. Sect. I. & II.

sunt. In cratis quoque actiones, sive vitales sive aliae, non sunt suppositorum nisi denominatio: physice vero & propriè sunt a natura substantiali, vel ab accidentibus. Addo in eo loco Aristotelis ex quo illud axioma de promptum esse dicitur, nos. esse. Actiones sunt suppositorum: sed, Actiones sunt singularium: quod uniuersalissime & propriissime verum est. Nihil enim agit aut agitur, nisi sit singularia.

Tertia obiectio.

Olcies tertio, cum eodem Suarez ibide, ex intelligere ut sit, tamquam sequitur vel representatio rei intellectæ, vel terminus aliquis productus, si sit à quo producatur. Paternitas autem neq; habet ratione representationis, neq; modo comparatur ad intellectio:ne ut terminus. Cur ergo dicamus resultans ex illa secundum ratione? Adde quod vera esset ista causulis. Quia diuina essentia intelligit, ideo terminatur paternitate. At hoc vere dici nō potest. Ergo nē illud unde sequitur.

Ad grimum Respondeo, etiam in nobis ex intellectione sumpta pro actu intelligendi, ut hic sumitur, non autem pro actione tendente ad actum ut ad terminum, quo pacto Suarez videtur eam sumere) oriri speciem ventem ad recordationem eiusdem actus, & habitu facilitatem ad producendos similes actus. In Deo vero oritur virtualiter aliquid nobilius, nempe vis ad producendum sibi simile & consubstantiale, accipiens primum naturam sub ratione intelligentiae.

Ad se undum Respondeo, ergo esse istam causa lem. Quia essentia est simpliciter infinita & illimitata in omni genere perfectio:nis, est communicabilis tribus personis realiter distinctæ, & terminabilis per tres hypostases relatives oppositas inter se, ac propter oppositionem distinctas. Est, inquam, communicalis per viam in electus paternitate ad generandum Filium: & per viam voluntatis, secundat: spirandi ad producendum Spiritum sanctum.

SECTIO II.

An esse ingenitum sit altera proprietas Patris?

8. Respondeo affirmativè. Pater enim non sicut in aliis id habet proprium & singulare, sed ut per se constitutæ est generatiuum sit principium. Vix verum est, ut inter personas diuinam ipsa solus existat sine alio principio, à quo realiter producatur. Quemadmodum Filius est ab ipso, & Spiritus sanctus est à Patre & Fili spiratore. Quæ secunda proprietas, si sive nomine ingeniti & inaccibilibus, seu potius improductibilis priuatione sumpti. Nam hæc vocem nego, non tantum generatio vel nativitas proprio sumpta: illud spiritui sancto cum Patre communitas est, quod sit incapax nativitatis & generationis. Si vero ea quidem negetur generaliter

quæcunque productio, sed negatio tantum, non priuatione, significando puram negationem productibilitatis: illud quoque naturæ seu Deitatis commune cum Patre, quod sit incapax realis productionis. Quare ut sit proprium singularitatis Patris esse ingenitum sive improductibilem, debet sumi prius illud priuatione, prout significat negationem productionis in aliqua persona diuina, cui licet non possit conuenire productio, tamen conuenit alicui eiusdem generis cum ipsa. Quia ratione dicitur Pater innacessibilis priuatione, non quatenus priuatione dicit carceratio alicius politiū quod possit aut debet inesse Patri: sed quod potest ei conuenire, seu non repugnat illi, non quatenus Pater, sed quatenus persona diuina est. Pater enim est persona diuina. In genere autem personalium diuinorum non repugnat produci, sed re ipsa producuntur alia dux, Filius & Spiritus sanctus. Quare hæc priuatione est de illis quæ dicuntur secundum genus, & non secundum speciem aut rationem propriam. Quælibet philosophus est priuatio visus in talpa, cui in quantum est animal, non repugnat, videre: licet repugnet illi, ut talpa est.

Huius proprietatis meminerunt Conc. Tol. VI. & XI. & Wormatiens. in confessionibus fidei: & sancti Patres Iustin. in expositione fidei, Athanas. in p̄st. de Syo. dis. Arimini & Athanasi. Seleucia prop̄ finem: Basil. lib. 1. & 2. contra Eunom. Nazianz. orat. 35. Cyril. lib. 1. Thes. cap. 2. August. n. li. 5. de Trin. c. 6. & 7. Hil. Hilar. in lib. de Syo. dis. & lib. 3. de Trin. Hil. prope finem, aliisque Patres. Licet aliquando nonnulli Patrum voce illa uti recusaverint, suspectamque habuerint. Quæ ramea si recte intelligatur, in sensu quo iam sunt explicata, vacat omni periculo, & certissimam veritatem continet. Certissimum enim est Pater esse principium sive principio, & ipsum à nullo realiter produci, sicut ab ipso producuntur Filius & Spiritus sanctus.

Difficultas solum est primo, an nomine ingeniti, sive improductibilis, significetur formaliter in patre aliquid positivum, an potius aliquid negativum seu priuationem? Respondeo cum D. Tho. q. 33. a. 4. d. Suarez lib. 8. cap. 2. n. 6. aliisque plurimis, de materiali quidem & fundamentaliter significari non videbilo positivum quid: de formaliter vero negationem seu priuationem productibilitatis, sicutata in aliquo positivo, ratione cuiusparti conuenit esse sine principio. Nam cum Patri aeterno conueniat, ut sit principium sine principio: esse principio, est quidem aliquod positivum. Est vero sine principio, & non posse habere principium, est formaliter negativum, sed tamen fundatur in positivo, quod est tale ut principium habere non possit. Quapropter esse innacessibilem, sive improductibilem, non est pura negatio, sed involuit pro materiali & fundamento positivum paternitatis, ratione cuius conuenit primæ personæ inter alias esse improductibilem. Vnde infero paternitatem

est primam proprietatem Patris : quia innascibilis, alcea eius proprietas, in ea fundatur, ut negatio inpositio.

Dices innascibilitatem significare dignitatem ex D. Thom. q. 3. art. 3. ad 4. At priuatio non dicit dignitatem. Ergo innascibilitas formalis non significat priuationem. Secundo, ingenitus seu innascibile significat esse primum, quod est quid positivum, & diuersum à ratione principij: aliud enim est esse principium, & aliud esse primum principium. Tertio, nomen ingeniti significat fontalem originem, & universalis principium aliarum personarum: quod est aliud, quam paternitas, & positivum est. Quartus, si ratio infinitatis, immensitatis, & aliorum attributorum, qua negatiū concipiuntur, & denominantur, cognoscetur duplice via; & per negationem, & modo positivum non propterea debet dici notio diversa natura seu essentia, id est, diuersa ratio obiectus. Sed eadem omnino diuerso modo intellecta. Ergo similiiter innascibilitas non erit nisi diversa à paternitate, nisi quid positivum dicat à paternitate diuersum.

Ad primum Respondeo, Innascibilitatem dicere dignitatem, tum ratione materialis, de quo loquitur D. Thomas: tum etiam ratione formalis, quia non est priuatio seu negatio alicuius debiti aut conuenientis; sed est negatio in alio non diligente, & exclusive formam, quae negatur, per sufficietiam essendi, sine principio; quod ad dignitatem quandam & auctoritatem pertinet.

Ad secundum Respondeo, Primum, supra rationem principij addere tantum de formalis negacionem alterius principij, ut sit principium sine principio. Idemque dico de eo quod est esse fontalem originem, id est, primum fontem & principium ceterarum personarum: quod tamen non significatur formaliter nomine ingeniti sive innascibili, sed tantum negatio principij, à quo sit persona quae dicitur ingenita. Nam esse ingenitum non dicit quod persona illa sit principium aliarum. Et licet aliqua persona non esset genitor neque principium: tamen esset ingenita, si non esset ab alio. Atque ex his pater solvit tertij argumenti.

Ad quartum Respondeo, sufficere ad distinctionem notionum, ut res diuerso modo declareretur, etiam per connata, & secundum quid magis exprimatur: ut in praesenti sit. Ratio enim patris exprimit ipsum esse principium. Ratio autem innascibilis, ipsum esse sine principio. Quia duo re ipsa paternitas conueniunt. Primum, quatenus est constitutiva principii generandi, quod patet nominatur. Secundum, quatenus paternitas conuenit essentia sine reali productione aut communicatione, quam ne quidem supponit villo modo. In quo differt à spiratione actua, quae prout est in filio, supponit generationem, vi cuius ipsi communicatur cum ceteris attributis.

Secunda difficultas est quomodo bene pro-

betur Patrem esse ingenitum sive improducibilem? Respondeo bene, probari ex eo quod cum tres sint tantum personæ diuinæ, ut fides docet; & non sit inter illas mutua productio: necessarium est aliquam esse improducitam, atqueo improductibilem: nam in diuinis productionibus id est esse, & posse esse: & productio quæ ei ipsa non est impossibilis est. Itaque pater neq; est producibilis à Filio, apud à Spiritu sancto, nos ipse produxit: neq; ab alia persona diuina, quia non est alia. Neq; est quæcum aliud à quo produci possit: quia non ab essentia, à qua realiter nō distinguuntur omnis autem productio realis importat sealem distinctionem inter producens & productum: alioquin in diuinis persona producta nō distingueretur realiter à producentibus. Non etiam ab vilo creatura, quæ manifestè non potest esse origo & principium alicuius personæ diuina. Omnis enim creatura contingens est, & infinitè distat à perfectione personæ diuinæ. Ergo non est principium personæ diuinæ, quæ existit ex absoluta necessitate; & si producitur, debet habere principium sibi proportionatum, & qualisque necessitatis & perfectionis.

Huic rationi opponit Cuiiga disp. 5. dub. 2. n. 2. Non ita clare repugnat, quod persona diuinæ se mutuò producit: quia mutua productio, non magis implicat, quam mutua causalitas in eodem genere causæ: quia non ita aperè repugnat, cum vix possit redi dicimen, cum magis impicit, quam mutua causalitas in diuerso genere causæ, quam pluri communiter docent.

Respondeo quicquid aliqui dicant, impli- Causa non care evidenter, ut res qua semel statum pro- potest pri- duceatur, producatur ab effectu, vel à termino wè produ- ei ab effec- quem physicè producit. Ratio est quia quic- tui quem quid producitur physicè ab aliquo, produci- physicè tetur ab illo vt existente: quod enim physicè nō producitur, est, non agit physicè. Ergo vt producat, & sic potens ad producendū, debet existere. Atqui nō cōstituitur potens formaliter per effectū aut terminū, quem producit, & qui ex istis vi illius potentiae: ergo non existit per effectum vel terminum. Ergo non producitur ab effec- tui vel à termino quem physicè producitur.

Dixi, Quem physicè producitur: quia alia ei ratio de fine, qui tantum concurrit moraliter, potest physicè vel moraliter causari ab eo cuius moralis causa est appetitum voluntate agentis. Ex gr. sanitas est causa moralis & finalis medicina, & medicina est causa efficiens sanitatis. Gloria aeterna est causa moralis & finalis honorum operum, quæ nunc propter illam consequendam: & eadē bona opera sunt causa moralis & meritoria glorie aeternæ: non secundū esse morale & apprehensum, quod presupponitur ut causa finaliter ab exercenda bona opera. Sed secundū actualem & physicam existentiam, quam obsernet per bona opera ut causam meritoriam. Quia enim causa finalis mouet, non ut existens actu, ac neque necessariò ut praesupposita tanquam futura (quo pacto merita Christi)

AA 2.3

558 Disp. XXVIII. de Trin. Sect. II. & III.

mouebat Deum ad mercedem anticipatam ante incarnationem) sed tantum ut vel reip-
sa, vel in estimatione possibilis haberi; potest secundum esse morale, id est, quatenus ap-
prehenditur desideratur, mouere agens ad procurandum & efficacendum ut physicè sit.
In quo modo causandi non est contradicatio, quæ est in eo quod physicè producens, &
producens quæ existens, existat vii sui effec-
tus, & constitutus formaliter potest ad producendum per effectum aut per terminum
qui non existit nisi vi potentia illius.

17. Dixi præterea, *Res que tantum semel prodi-
cuntur*; quia in reproductione mediata vel im-
mediata, non implicat, nisi quid aliud ob-
stet, idem reproduci a suo effectu. Exempli
gratiâ, lumen A, productum à lumine B,
posset reproducere lumen B, etiam in eodem
instanti temporis, si Deus ad illud indiuiduū
determinaret, loco alterius luminis quod na-
turaliter producere potest eodem instanti
quo primò est. Supposito quod idem simul à
duabus causis totalibus produci possit, quod
non implicare ostendemus alibi. Verum in
diuinis reproductione esse nequit. Tum quia
visas producendi, quæ opponitur relativè
personæ producæ, non potest formaliter illi
convenire, ut reproducat personam à qua
procedit. Tum etiam quia sicut unicus est
terminus cuiusvis secundum trinitatem ad intra, ade-
quatus suo principi, illiusque vim exhaus-
tiens; sic unica est productio cuiusvis principi
ad intra, exhauiens ad aquarē vim totam
illius principij. Cumque principium sit uni-
cum ad generandum, & unicum ad spiran-
dum; non est nisi unica productio genera-
tiva, & unica spirativa: sicut unicus Filius, &
unicus Spiritus sanctus.

SECTIO III.

*An pater sit principium & fons totius
Deitatis, & num etiam causa &
initium illius posse sit?*

18. **D**ico primò Patrem esse aliquo modo
Pater et aliquo modo principium & fons totius Deitatis:
qui scilicet pater non modo est à se ipso
principio, sed etiam est principium Filii, &
cuius illo est principium Spiritus sancti, atque
utique naturam diuinam communicat. Un-
de est principium omnis productionis, &
omnis communicationis, quæ in mysterio
Trinitatis existit. Eoque sensu à sanctis Pa-
tribus & à Conciliis vocatur fons & origo
totius Deitatis, & totius Trinitatis fontalis
plenitudo. Non quod producat Deitatem
ipsam: quippe quæ improductibilis est: Aut
quod, siue per propagationem, siue per com-
municationem, in principium totius Trini-
tatis adquatur: alioquin esse principium
sui ipsius, cum sit ipse mea persona Trini-
tatis: sed quia quicquid est productionis &
communicationis in mysterio Trinitatis,

illud totum ab ipso est. Verum haec proprie-
tas significatur aliquatenus nomine patris,
de cuius ratione est ut de naturam filio cum
fecunditate spirandi. Ideoque vis generan-
di importat vim spirandi. Ad vtraque autem
oriutur unus procedere & communicatio
Trinitatis, quæ non aliter est productua ad
intra, & communicativa, quam generando
& spirando. Quare esse Patrem in Trinitate,
est esse fontem & originem omnium pro-
cessionum, quæ possunt illi conuenire. Atque
ita esse Patrem idem est, ac esse fontem to-
tius Deitatis in sensu supra explicato.

Hunc loquendi modum, quod scilicet Pa-
ter est fons Deitatis, aut totius Deitatis, v-
surpant Dionys. cap. 2. de diuin, nom. post Dionys.
medium, Athanas. contra Gregales Sabellii A. hand.
longè à fine, Ambros. in Symbolo Apost. cap.
2. & Concil. Tolitan. VI. cap. I. initio. To-
litan. XI. & VVoriat. in professione fidei
initio, & Florentin. sess. vltima in literis
vnionis. Eode autem sensu quo pater est fons
totius Deitatis aut Trinitatis, est etiam illius
principium, ut loquitur S. Augustin. lib. 4.
de Trin. cap. 20. prope finem: id est id à quo
est quicquid producitur in Deitate & Tri-
nitate. Principium autem ex Aristot. 5. Me-
taph. cap. 1. est id unde aliquid aut est, aut
fit, aut cognoscitur.

Initium tamen dici non debet respectu
personarum productarum, quia vox illa so-
nat personas productas, habuisse principium Initii son-
durationis, quod est falsum. Ut rectè docent profecti
Magister in 1. dist. 29. §. Deinde, S. Thom. producti
ibidem in fine expositionis textus, & alii dicunt ut
Theologi communiter, post sanctos Patres quibus de
Athanas. orat. 2. contra Arrian. longe postini. Vanta-
tionem, Hilar. 4. de Trinit. columna 3. & alios.
Quanquam sumendum latius initium, quā-
più principio durationis, nempe pro solo
principio originis, potest dici de Patre res-
pectu aliarum personarum, ipsique tribuitur
ab aliquibus antiquis à Chrysostom. hom. 1.
in symb. Apost. quæ habetur tom. 5. veteris
editionis. Et à Concilio Syrmiensi can. 26.
apud Hilar. in lib. de Synodis post med. vbi
eius verba refert & approbat, quibus anathe-
matizat eum qui dixerit filium esse innasci-
bilem & sine initio. Chrysostomi autem ver-
baloco citato sunt. De substantia Patris natum
& genitum confitemur: & initium (id est origi-
nen) de Patre habere dicimus.

Quod vero attinet ad nomen causa, si sti-
lum sumatur, prout sumitur à Latinis, signifi-
catque dependentiam effectus, & conting-
entiam absolute loquendo; non precepit tribui
Patri respectu Fili, aut Spiritus sancti. Se-
cundus autem si sumatur latius, etiam pro pri-
cipio originis, abstrahendo ab huic modi
imperfectionibus. Quo pacto sumitur vox
dictio à Græcis Patribus, frequenterque tri-
buitur Patri respectu Fili & Spiritus sancti. Qui in etiam ab aliquibus Latinorum Pa-
trum, Pater dicitur causa Fili, eodem sen-
su: ut ab Hilario lib. 11. de Trinit. co-
lumnâ 7. & lib. 12. col. 4. & c. Et ab

Augustin. lib. octoginta trium quæst. q. 15. vbi ait Deum esse causam sempiternam suæ sapientia sempiterna: & nunquam fuisse non Patrem ac sine Filio.

Authore vero Filij eundem nuncupantur augustinus. Athanas. Dial. 2. de Trinit. contra Mac-

dow. prope finem. Euseb. lib. 4. demonstrat. Evang. cap. 3. Hilary. lib. 4. de Trinit. Augustin. lib. 3. contra Maximin. cap. 14. Quem loquendi modum admittunt S. Thom. quæst. 33. art. 1. ad 2. & in 1. dist. 29. q. 1. art. 1. in corp. Caietan. & alij interpretes P. Thom. ad art. 1. quæst. 33. & Scholast. communiter cum Mag. in 1. dist. 9.

Filius potest dici auctor & principium spiritus sancti. Dicamus ergo. Sicut autem Pater dicitur esse principium & auctor Filii: potest Filius dici principium & auctor Spiritus sancti. Et quidem principium dicitur à Consil. Lugdun. cap. vnicō de sum. Trinit. & à Cyrillo Alex. alijisque Patribus relatis à Didaco Ruis disp. 48. sect. 4. Auctor vero Spiritus sancti vocatur ab Hilario lib. 2. de Trinit. longe à fine vbi sic ait: spiritus sanctus de Patre & Filio auctoribus confitendus est. Citat etiam Ruis Athanasium in epist. quadam ad Serap. cuius hæc verba referruntur: Apostolus, que in eo operatur spiritus, Filio au-

tori eius attribuit: sicut Filius, quæ ipse facit opera suo auctori Deo Patri attribuit. Sed in nulla ex quatuor eius Epistolis ad Serapionem inscriptis, verba illa reperio. Vult tamen S. Thomas in 1. dist. 29. art. 1. solum Patrem dici debere auctorem Filij: quia nomine auctor significat principium sine principio. Et quidem magis speciali ratione dicitur auctor alicuius rei, qui illam ita ex se promitt, ut ab alio nullo modo acceperit.

Filius autem est principium Spiritus sancti per secunditatem voluntatis à Patre acceptam. Quare specialiori ratione Pater est auctor personarum productarum. Eademque de causa est etiam specialius auctor creaturarum, quam Filius & Spiritus sanctus, qui sunt earum principium & causa per intelligentiam, voluntatem, & omnipotentiam, à Patre acceptam. Quam ob rem etiam puto Patrem specialiter & appropriatiuē vocari omnipotentem in Symbolo Apostolorum, & in Symbolo Niceno, quia omnipotentia pertinet ad auctoritatem. Sicut Filio tribuitur appropriatiuē sapientia, quia procedit per viam intelligentiæ: & amor ac bonitas Spiritui sancti, quia procedit per viam voluntatis.

Pater specialius dicitur auctor Spiritus sancti & creaturarum, quam Filius.

DISPUTATIO VIGESIMA NONA.

De persona Filii.

Sectio I. An & quomodo Filius sit Verbum?

Sectio II. An Verbum non modo dicatur notionaliter in diuinis: sed etiam essentialiter?

Sectio III. An & quomodo Filius sit imago?

DE Persona Filii specialiter disputat S. Thomas quæst. 34. & 35. In quarum priore docet 1. Nomen Verbi in diuinis sumi tantum personaliter, seu notionaliter, & nullo modo essentialiter: quia significat aliquid ab alio procedens. Sicut in humanis verbum mentis, vel oris, significat aliquid ab intellectu, vel ab ore procedens. 2. Verbum esse proprium nomen personæ Filii: quia significat quandam emanationem intellectus: persona autem quæ procedit in diuinis secundum emanationem intellectus, dicitur Filius. Itaque solus Filius propriè dicitur Verbum in diuinis. 3. In Verbo importari respectum ad creaturas: quia Deus cognoscendo se, cognoscit omnem creaturam. Verbum autem conceptum est representatiuum omnis eius, quod actu intelligitur. Et sicut Dei scientia est tantum cognoscitiva ip-

A A a. 4